



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. V. De secunda sacelli parte interna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

DE SECUNDA

SACELLI PARTE INTERNA.

Caput V.

RIMA parte expedita, sequitur breviter alteram explanare sinistrum latus continentem, versus Orientem respiciens. Ut autem ordine agamus, primum de Clementis Octauii magnificissimo sepulchro tradetur in huius partis medio existente. Quia vero dignum est memoria, peculiare caput illi assignabimus. Postea reliqua huius partis lustrare properabimus. Igitur primò paumentum occurrit, in quo totum ornamentum nititur. Primus foccus ex coeleola lapide vario constat, & vndeque Sacellum, ut diximus, circundat. Secundus foccus primo innexus ex lapide auro textili simile, vulgo brocatello. Parastadarum Basí huic focco inhærens ex albo marmore Carrariensi est constructa perpolite exculpto, velut etiam Parastadæ, quibus alabastrites orientales ipsis cum tenuijs sunt impressi. Inter Parastadas extantia ex indice pernibili componuntur, atque Zophorum habent ex alabastrite cotoneaceo, & fascijs continentur ex pario marmore ad visum pulcherrimis, in quorum spatijs indice constructis, hæc elogia auro insculpta annotantur. Et primum in medio Clementis vita, sic paucis indicatur.

*Vita Stringavoris
in vita Clem.
Brix. Odiani.*

CLEMENS OCTAVVS PONTIFEX MAXIMVS PATRIA FLORENTIVS, EX ALDOBRANDINA FAMILIA, HIPPOLYTVS ANTEA NVNCVPAVTVS, A PIO QVINTO PONTIFICE MAXIMO INTER ROMANAE ROTAE AUDITORES ADSRIPTVS, POSTEA DATARIAE A SIXTO QVINTO PRAEFECTVS, EXIMIAE ERUDITIONIS, SVMMAEQVE INTEGRITATIS LADEM PROMERVIT. AB EODEM SVMMO PONTIFICE IN AMPLISSIMVM CARDINALIVM ORDINEM ADLECTVS EST, MAIORISQVE POENITENTIARII HONORE AVCTVS. LEGATVS ETIAM AD SIGISMUNDVM POLO-

A NIAE REGEM MISSVS, GLISCENTEM INTER IPSVM, ET RODVLPHVM ELECTVM IMPERATOREM DISCORDIAM SEDAVIT. INNOCENTIO NONO PONTIFICE MAXIMO VITA FVNCTO AD ECCLESIAE CATHOLICAE REGIMEN VOCATVS, PRVDENTIA, PIETATE, VIGILANTIA, CAETERISQUE VIRTUTIBVS CHRISTI VICARIO DIGNIS, EXCELLIT, OMNIVMQVE CONSENSU PONTIFICIBVS VERE MAXIMIS ADNVMERATVS EST.

A dextra, pax indicatur inter Galliæ, & Hispaniæ Reges per Clementem Octauum confecta, nec non Ferrariæ recuperatio tali pacto.

PACEM INTER POTENTISSIMOS CHRISTIANI NOMINIS REGES, IAM AD DECERTANDVM ARMIS PARATOS COMPOSVIT. FERRARIAM QVAM QVAM MAGNO EXERCITV COMPARATO SINE VLLA SANGVINIS EFFUSIONE APOSTOLICAE SEDI RESTITVIT.

A laua Beati Raymundi, & Hyacinthi inter Sanctos connumeratio ab eodem Pontifice præstata, nec non Strigoniæ liberatio ex Turcarum manibus; que omnia aureis litteris exculta hoc pacto.

HYACINTVM POLONVM, ET *Vita String. in
vita Clem. viij.
Pont. Max.*

RAYMVNDVM HISPVNVM DOMINICANAE SODALITATIS ALVMNOS, MVLTIS MIRACVLIS CLAROS IN SANCTORVM NVMERVM RETVLIT, COPIAS SEMEL, ITERVM, AC TERTIO IN HVNGARIAM AD TVRCARVM IMPETVM COMPESCENDVM, CHRISTIANIS EXTREMA MINITANTIVM MISIT.

Cymatum supra Parastadas, atque inscriptiones, ex pario marmore constat egregie fabricatum, atque echinis insculptum; à cuius medio Parastadæ assurgunt marmoreo loculamento, cum Basi, atque Cymatio inclusæ, vna cum quadris ex lapide lynci, quadratum vero ex pretioso indice componitur, vbi hæc verba auro insculpta legimus.

CLEMENTI OCTAVO PONTIFICI
M A X I M O ,
PAVLVS QVINTVS PONT. MAX.
ROMANVS
GRATI ANIMI MONVMNTVM
POSVIT .

Super hoc , & in ampio loculamento eiusdem Pontificis effigies adeſt in ſede Pontificia , atque benedictionem impartiens , ex Carrariensi marmore egregie conſtructa . Hinc ad quatuor columnarum bases redēamus eodem marmore formatas . Inter Basēs Abacus interiacet ex glarea lapide rubro . Columnæ ex pulcherrimo calorite Orientali conſtant , capitelloſ ordine compoſito geſtantes , & olea folia exprimentes . membra ad columnarum latera exiſtentia ex glarea lapide croceo conſtant , & capitelloſ ordine compoſito habent . Inter quos Cherubin appetat duobus cum ornamentiſ ex marmore formatiſ . Columnæ tria interula la conſtituunt , in quorum medio ſuperiū traditum loculamentum cernitur , ybi Clementis Papæ Octauī ſtatua continentur . A dextera , hiſtoria de Ferraria recuperatione per Petrum Cardinalem Aldobrandinum , ex albo marmore , & ſummo artificio inſculpta , quam corona circumdat ex nigro , ac croceo marmoré , & quadratum vna cum ſuſiſ alueoliſ ex lynchi lapide conſtituit . Quod magnificenſiſimè S. P. Q. R. ad grati animi memoriam in Araceli Templo tali modo atteſtatur .

PETRO CARDINALI ALDOBRANDINO SANCTAE ROMANAECCLESIAE CAMERARIO, CIVI, DOMI, FORISQVE CLARISSIMO, QVOD CLEMENTIS OCTAVI PONTIFICIS MAXIMI SAPIENTIA EIVS LEGATIONVM DVCTV, ATQVE INDVSTRIA, BIS DISCESSVM AB ARMIS DVCATV FERRARIENSI IN POTE STATE SANCTAE ROMANAECCLESIAE RECEPTO, ET PACE INTER SVMMOS PRINCIPES CONSTITVTA, PVBLICAE SE CVRITATIS, INCOMPARABILIS VIRTUTIS MONVMNTVM POSVIT.

S. P. Q. R. M. DC. II.

Et in magna etiam Conſeruatorum Au la tali pacto legitur .

A PETRO. CARDINALI ALDOBRANDINO. SANCTAE. ROMANAECCLESIAE. CAMERARIO. CIVI. PVBLICAE. SALVTIS. ET QVIETIS DEFENSORI. QVOD. DVABVS. LEGATIONIBVS. CLEMENTIS. OCTAVI. PONTIFICIS. MAXIMI. FORTITER. ET FELICITER. PERFVNCTVS. DVCAV. FERRARIEN. SINE. CAEDE. RECUPERATO. ET RECONCILIATIS. MAXIMORVM. PRINCIPVM. ANIMIS. ITALIAM. ET VRBEM. INGENTI. CVRA. LIBERAVERIT. GRATI. ANIMI. MONVMNTVM. POSVIT.

LAERTIO. CHERVBINO. V. I. D. ANTONIO. MATTHAEIO. MARIO. ACCORAMBONO. CONSS. OCTAVIO. ROBERTO. CAP. REG. PRIORE. M. DC. I.

A dextera verò ſimiſ quadrato cum duobus columnis extante , etiam corona adeſt adhuc indicate ſimiſ , & Strigoniæ vindicatio appetat Ioannis Franciſci Aldobrandini opera , ex Carrariensi marmore ab excellenti artifice deſignata . Sic autem S. P. Q. R. pari beneficentia declarat .

IO. FRANCISCO ALDOBRANDINO ECCLESIASTICAE MILITIAE SVMMA CVM POTESTATE PRAEPOSITO CLEMENTIS OCTAVI IVSV, CVIVS FRATRIS FILIAM HABEBAT IN MATRIMONIO, LATROCI NIIS PAVCOS INTRA DIES LATIOTOTO DEPVLSIS, LEGATIONE AD PHILIPPVM II. HISPANIAE REGEM MAXIMIS POPVLI CHRISTIANI DE REBUS AEQVE SAPIENTER, AC FELICITER OBITA, HVNGARIA, CROATIAQUE TVRCARVM E FAVCIBVS, HAVD SEMEL EREPTA, EXPVGNATO STRIGONIO, PAPPA, ET VICEGRADO RECEPTIS, DEMVM IN OBSIDIONE CANISSAE PARI CVM PIETATIS, AC FORTITUDINIS LAVDE VITA FVNCTO ANNO DOMINI M. DC. II. S. P. Q. R. DVCI CLARISSIMO CIVI OPTIME MERITO, P. P.

Super Epifyllo Cymatum ſe effert ex albo marmore variè inſculptum cum arcunculis ,

Vide etiā Strigoniā in vita Cle menis. Papa

Vide etiā Strigoniā in vita Cle menis. Papa

culis, & verticillis, supra quod Zophorus extenditur ex flauescente alabastrite, cui coronis est innixa ex Carrariensi marmore, rosis, mutulis, & verticillis impressa. Abacus supra coronidem ex glare a lapide rubro, atque albo conditum. Super Abacum quatuor Cariatides insunt, & trium historiarum vana efformant, nimurum Clementis VIII. in coronationis in medio existentis anno Domini 1592. die 9. Februarij ex pario marmore cum corona ex ifisto, quod iucundum apscientibus visum ostendit. Ab huius historiae dextera, illam pacis intuemur inter Francorum, & Hispaniarum Reges per

A Alexandrum Medicem Cardinalem, postea Leonem XI. nec non inter eundem Gallia Regem, & Sabaudie Ducem per Petrum Cardinalem Aldobradinum absoluta, itidem ex pario marmore, atque corona, ex ifisto formatam. A leua ij proponuntur quos Clemens VIII. inter sanctos ascripsit. super haec coronis extenditur pario marmore concinnata: à cuius medio fastigium se extollit codem marmore compositum, & Clementis insignia complectens, binis vasis à lateribus locatis, quæ tale opus determinant, quod Zophoro, & maiori coronæ coniungitur, vnde facillum ambienti.

*Vide String. io
vita Clem. viij.
Pont. Max.*

